si pax eiusq. conditiones annexæ, quemadmodum in Decretis Imperiali anno 1555. Augustanis, deinde anno 57. et 59. in Imperio confirmatæ fuerunt, in hoc ipso Decretis curhe confirmarentur. An ideireo quod ad Catholicos attinet, dogmatibus Concilij Tridentini præiudicaretur.

Contra huius Concilij dogmata quæ fidei esse intelligimus, fieri nil præiudicari non videtur, si pax in superioribus Decretibus constituta nunc iterum confirmetur, dum Germaniæ Status in his tantis dissidijs graviter sani laborat.

Deinde si adiectæ huic paci conditiones expendantur, videntur illæ omnes constare cum dictis dogmatibus Concilij, cum earum nulla contra Catholicum dogma in eodem concilio definitum facere videatur. In quibus quidem conditionib. aliud esse nihil intelligimus, præterquam Emissionem, dissimulationem Eccæ Iurisdictionis, ac Iuris etiam Imperialis dubiti suspensionem. Quæ media ab aduersarijs obtusa ideireo à Catholicis acceptata videntur, ut duræ, et inuitabili necessitati temporum, et Sectarioorum peruersitati ad tempus cedatur, utq. maiora mala euitentur, cum gravissimis, qui in uiros constantes cadere potuerat ipsis videretur Conciliis melioribus locis non deliquisse.

Quoniam uero nonnullæ suspiciones, et presumptiones malæ huiusmodi paci, eiusq. conditionib. possunt opponi, ne præterea Concilio Tridentino ratione ulla præiudicari videatur valde optandum, et omnino curandum videtur, ut in hoc postremo Decretho, cum Cathcæ dictam pacem confirmare voluerint, expressam mentionem, et professionem faciant dogmatum Concilij Tridentini.

Neq. parum refert illud, ut quæ statuentur de pace affirmatiue, reliqua uero de conditionib. quibus Catholici gravari videbuntur, non nisi negatiue enuntientur, ut factum permissi, non ius uel potestas Statui videatur. Sic n. verbi dicitur, Pacem seruabimus, Augustanæ confessionis Dominis non molestabimus, iurisdictionem non exercebimus, Stante pace. &c

Cæterum ut Cathcæ Status in hoc negotio rectius instruantur, illud etiam, atq. etiam Cathcæ ijsdem inculcandum videtur: Sanctam Sedem Apostolicam sane quidem dolendo hanc Catholicam in Germa. iniuriam, et necessitatem, ut qui ob urgentes nunc barbaros executioni iuris ad tempus cedere, multaq. à Sectarijs, et indigna ferre cogantur, donec nimirum Deus Iustus Iurus illorum uiros augeat, quibus Ius suum pro dignitate possint prosequi: nec tamen ideireo ab eadem Romana Eccæ. probari quicquid in his rebus actum est, nec pacem hanc publice constitutam laudari. Permittit interim, nec impedit, pro materna sua in filios indulgentia, q. Principes Cathcæ. huiusmodi paci conditiones admittant confirment, et obseruent, quando illi rebus Germaniæ tam afflictis, et præsenti necessitati hac